



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

De Gloria Et Honore Filii Hominis Liber .VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

LXXXVIII. R VPERTI IN MATTHAE. Cap. VII.

Israhel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ulcisceret me manu mea. Vnde de illa secundum nomen suum Abigail, quod interpretatur patris mei exultatio, memoriale exemplum esse debet omni animæ fidelis, quatinus studeat paci, & reconciliet sine misericordia iratum quemcumque potest, ante effectum uel opus peccati, quod siue trahit ab oculo sua non habuit, ideo perspexit & perspicere potuit, qualiter festucam peccati, quod percepit, cupiscentia commiserat David in uxorem Virgine Ethæi educeret de oculo eius, incipiens do ita quasi de alio loqueretur, & ad hoc illum suauiter perducendo, ut diceret ille peccatis peccauit domino. Porro supradictus Semei, quia magnam habebat in oculo suo trahit, non solum non eduxit festucam, tamen tunc erat in oculo David, uerum etiam zelus iusti longæuum siue diuturnum iniecit ignem, ut mox dormiturus cum patribus suis, diceret ad Salomonem filium suum. Quia descendit mihi in occursum, cum transirem Iordanem, & iuraui ei per dominum dicens, non te interficiam gladio, tu noli eum pati esse innoxium. Vir autem sapiens es, & scies quæ facias ei, deducesque canos eius cum sanguine ad infernum.

FINIS LIBRI SEXTI.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER .VII.

Modus specialis q[uod] de ho[m]ini] cōuenienter loquitur.

Cant. 2.

Ibidem.



Autor iste nō potuit nō scribere sicut & Hieremias

Iob. 4.

Ecc. 10.

Hiere. 20

XPERIMENTO DIDICI, SED HOC ipsum timens confiteor, confitens timeo, quia didici & expertus sum quippiam, licet exiguum, de modo quodam diuinæ locutionis, qua dilectis sanctis & dilectis loqui solent animabus, sicut audiuimus in Canticis, dum qualibet illarum dicit. En ipse stat post parietem nostrum, respicere per fenestras, & dilectus meus loquitur mihi. Surge propterea amica mea, columba mea, formosa mea & ueni. Item hoc ipsum repetens, surge amica mea, speciosa mea, ita subiungit. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Et quæ me necessitas cogit istud confiteri, quod tale quid experientia didicerim? Existimo nonnulla, quia peccat aliquis, dum pene scandalizatur in me, hoc ipsum quod scribo, quod scripturarum mysteria pertraeo, præsumptioni reputans & uanæ gloriæ, & subsannando queritans, quid opus sit ut scribam istis, cum sancti patres tam multi ante nos tam multa tamq[ue] sufficientia scripserunt. Quid igitur? Scribam ne etiam illud experimentum dilecti, quomodo dicat, surge propterea, quomodo dicat, sonet in auribus meis vox tua? Vere non ausim, sed hoc tibi ò amice, qui & ipse me ad scribendum saepehortaris, in aurem dicere non ueritus sum, nec uerebor si iteret audire uolueris. Quæ teris dico & hoc dixisse satis sit, quia reuera et iam si tacere siue a scribendi studio cessare uolero, non ualeo, & hoc non concedi mihi scio & bene sentio, & hoc gaudeo. Veracem est se didici, si uirtutem discretionis habuisset, amicum beatu Iob, ubi dixit. Sed conceptum sermonem tenere quis possit? Et quidem conceptum sermonem superfluum siue malum non posse tenere, uiciosum est & stultum, iuxta illud sapientis, sagitta infixa in scurore canis, sic uerbum in corde stulti: sed econtra conceptum sermonem bonum & necessarium non posse tenere gloriosum, quemadmodum Hieremias tenere non ualens, cum dixisset, & factus est mihi sermo domini in opprobrium & in derisionem tota die, & dixi, non recordabor eius.

DE GLORIA ET HON. FILII HOMI. LIB. VII. LXXXIX

boreus, neq; loquar in nomine ipsius, ita subiunxit. Et factus est in corde meo quasi ignis exstiens, claususq; in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. ¶ Veruntamen quomo docunq; volunt praesentes de nobis iudicent, futuri clementius iudicabunt. Dum enim uisimus, ait uir illustris Hieronymus & usque fragili continetur, uid entur amicos prodes se studia & nocere amulorum opprobria: Postq; autem reuersa fuerit terra in terram suam, & tam nos qui scribimus, q; eos qui de nobis iudicant, pallida mors subtraxerit, & alia uenerit generatio, primisq; cadentibus folijs uirens sylva succreuerit: tunc sine nominu dignita te sola iudicantur ingenia. Nec considerat qui lecturus est, cuius uel quale sit qd lecturus est, siue ille episcopus siue sit laicus, imperator & dominus, miles & seruus, aut in purpura aut serico aut in uilissimo panno iaceat, non bonorum diueritate, sed operum merito iudicabitur. Nunc copta prosequamur. ¶ Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant vos. In doctrina sua seruus domini scientiam habens scripturarum, unde & dicitur scriba dominus in regno celorum, magnam habere debet temperantiam, maximeq; illi congruit attendere locum, tempus, personam. Nam si absq; consideratione hominis sermonem effundat intemperans docttor, immoderatus predicator, saepe cottingit illi dare sanctum canibus, & mitte margaritas suas ante porcos. Nonne etiam plerosq; illos, qui margaritas, de quibus agitur, diligenter pro tempore & loco absconderunt, canes & porci, id est, homines immundi & proterui, iniuriose discusserunt ac perscrutati sunt, & conculcati magaritis ipsos diripiuerunt? Multos enim occiderunt, q; plures persecuti sunt, non ut ipsi margaritas haberent, sed ut margarita ipsa nusquam coparerent. ¶ Magnu[m] cautelae huius exemplu[m] primus ipse, qui hac loquitur, in facto suo praebevit: quia uidelicet scripturam suam ita condidit, ut non ab omnibus uel a quibuscumque posset intelligi. Non ei sufficere uisum est, quod labium, qd omnibus unu erat, & sermones, quos eosdem habebat omnis terra, confudit in constructione Babylonica turris, atq; ita remouit omnes gentes a lectione scripturarum quas erat tradituras unius, scilicet Hebreorum genti. Nam & in illa dei gente uicta, que legem accipiebat, cui credebant eloquia dei, non defuerunt nec defuturi erat porci uel canes huiusmodi, margaritis coelestium sacramentorum indigni, et quibus omne sanctum non deberet dari, quod fieret uel factum esset, si nudo sermone absq; figuris et enigmatis lex & prophetae fuissent elocuti. ¶ Proinde igitur talem scripturam condidit, quae non facile possit intelligi quo tendet, uel quale cotineret mysterium regni dei: et sicut ipse tunc fecit, ita docet cum dicit, Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos. Quare? Ne forte conculcent eas pedibus suis, et conuersi elidant vos. Duplex causa est, uidelicet, ne et margaritis fiat iniuria, et nobis uitae periculum siue mortis occasio nostra indiscretio fiat. ¶ Petite et dabimur vobis, querite et inuenietis, pulsate et aperiatur vobis. Omnis enim qui petat accipit: et qui querit, inuenit: et pulsanti aperietur. ¶ Nihil ergo obest aut obserit sancto gregi humilium, quod porcis et canibus margarite absconditae sunt, et quod propter canes omne sanctum intus repositum est. Nam qui habet clavis, ianuam qui ipse est clavis David, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit, semper praesto est, qui et sicut nouit quibus uel qualibus claudendum, ita et optime scit qualibus sit aperiendum, quibus dandum. Petendo, querendo et pulsando semetipsos manifestant hi qui digni sunt. ¶ Hic fortitudine opus est. Quia fortitudine illa nimurum uel simili illi, qua pater fortium Iacob cum angelo luctatus est, et uictor existens, dicenti sibi, dimitte me, non dimittam te, ait, nisi bene dixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. Qualis ergo fuit illa fortitudo? Quid senserat ipse qui dixit, quoniam si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praeualebis? Nimurum fortitudo illa gemitus fui inenarrabilis, et tuis fuit spiritus contributus, et rogatus cordis contriti et humiliati, quo et Moyses eundem deum dicetem, dimitte me, tenere potuit. Denique et hoc testatur Osee, immo ipse deus loquens in Osee, qui cum dixisset de illo, in utero supplantauit fratrem suum, et in fortitudine sua directus est cum angelo, et inualuit ad angelum et confortatus est, addidit dicens, fleuit et rogauit eum. ¶ Igitur humili fortitudine, fortis humilitate hic opus est, ubi sanctum absconditum et in litera obscurata clausae tenentur margaritae sensuum coelestium. Et sicut ille Iacob

Fiducia bone conscientiae auctoris.

Matth. 13

Gene. 4

Cur scriptura obiceare tradita est.

Apoca. 3

Fortitudo Iacob luctantis cum deo.  
Gene. 32

Exodi. 32

Osee. 12

XC. RUPERTI IN MATTHAE. CAP. VII.

Iuctatus est cum illo angelo, in quo sine dubio deus erat, qui & uictum se fatebatur: ita ut  
etari debet uerbi dei amator cum sermone uel scriptura quae est ex deo, nec dimittere antea  
quam uincat uinci uolentem, sensumque comprehendat utilem in litera latenter. Lucta enim  
pulcherrima est, tam diu perseverare petendo, donec inueniat pulsando, donec si  
bi aperiatur. Quantum sibi placeat huiusmodi lucta, quam ueraciter uinci cupiat ipse, qui  
reluctari uidetur, dum non citius aperit, nos animaduertere uult, cum protinus dicit.

**L**Quis ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem  
dabit illi? Aut si pescem petierit, nunquid serpentem porrigeret ei? Si ergo vos  
cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater ve-  
ster, qui in coelis est, dabit bona petentibus scilicet hoc suam habet in  
tentionem, nec dubium est, hanc esse, ut non simus filii dissidentiae propter hoc, si pater ve-  
ster petentibus dare & pulsantibus distulerit aperire. Non uult hoc pater, sed istud potius,  
ut ubi magis clausum est, ibi magis te exerceas, spemque tuam in exercicio robore ex ea co-  
syderatione quia pater est, & cum differt dare sive aperire, icirco differt ut experiaris, quia  
nihil habes quod non acceperis, & non in te ipso glorieris, tanquam sufficiens tibi sis, que  
gloratio fuit uel est maligni, sed cogites & loquaris secundum exemplum apostoli, qui  
dixit. Fiduciam autem talen habemus, non quod sufficiens sumus cogitare aliquid a no-  
bis quasi ex nobis, sed sufficiencia nostra ex deo est. Si ergo uos (inquit) cum sitis mali, no-  
sis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester? Et qualis pater? Vt tamen bonus, et  
solus bonus, cuius comparatione uos omnes mali estis, & nihil boni, nisi ex accidentalitate  
no eius habetis. ¶ Adam pater utique malus, quippe qui & se & omnem posteritatem sus-  
cipit morti addixit; hic tamen filio suo petenti panem, non daret lapidem: petenti pescem,  
non porrigeret serpentem. Herodes quidem, sub quo natus est hic ipse dominus, qui haec  
loquitur, filiis suis plus quam lapidem, scilicet mortiferum praebeuit ensim, sed hoc non feci-  
vit petentibus panem aut pescem, immo (ut videatur sibi) patri machinantibus mortem.  
¶ Quanto magis (inquit) pater uester uobis ad intelligendam scripturam, qua uere est pas-  
nis, petentibus apertione cordis, nequaquam econtrario faciet, ut cor obtusum & la-  
tum det uobis. Similiter si petierit pescem, id est, si legentes voluerint cognoscere Christum:  
cuius sacramentum quadammodo ita later in scriptura legalitate prophethica, sicut  
pescis in aqua: nequaquam porrigit uobis serpentem, inducendo uos in errorem, & sen-  
sum à C H R I S T O, quem in scripturis pio queritis defuderio, longe recentem. Non

**I. Cor. 4:**

**z. Cor. 3**

**Matth. 19:**

**Patres mali,  
Adam & He-  
rodes.**

**Deus, pater  
bonus.**

**Lucas. 11.  
Ouu mysticū  
beata virgo**

**Lucas. 1.**

**Gene. 3:2**

**Hiere. 3:2**

est hoc suum, ut petentibus spiritum ueritatis, spiritum det erroris. ¶ Apud alium Euange-  
listam adhuc scriptum est. Aut si petierit ouum, nunquid porrigeret illi scorponem? De hoc  
dicere delectat, quia sancti omnes antiqui, sicut panem uerbi dei, & sicut pescem, id est,  
Christum petebant & quarebant ita & ouum à patre misericordiarum defuderantissime  
postulabant, & prophetica oracula sine dubio dandum esse, confirmabant. Quod uel qua-  
le ouum? Illud nimurum, cui spiritus sanctus obumbrare dignaretur, superueniens in illud  
in modum uolucris suo supersedens, donec pullus in eo formetur. Sic enim futu-  
rum erat, & sic factum est. Spiritus sanctus, o beata uirgo Maria, superuenit in te, & uir-  
tus altissimi obumbravit tibi, & ita conceperisti, & peperisti filium uolucrem, id est, non ter-  
renum, sed celestem, non carnalem, sed spiritualem, quamuis ueram carnem & terrenum  
corpus habentem. Huiusmodi ouum petebant sine dubio priores filii, maxime qui non so-  
lum fidem, uerum etiam prophetiam habebant tanti sacramenti. Exempli gratia, Qui (ut  
supra iam dictum est) luctabatur cum uiro usq[ue] mane, nec dimittam te (ait) nisi benedixeris  
mihi: sine dubio benedictione illa, ut de stirpe mea fiat illud nouum, ut obumbrante san-  
& o spirito scemina circumdet uitum. Nos quoque dum de scripturis diligenter & defude-  
ranter querimus testimonium, ut certo sciamus quod ita iam sit factum, profecto patrem  
petimus omnium, nec pater nobis porrigit scorponem, ut de beata uirgine quicquam sus-  
picemur quod sit contra ueritatem, quod pertineat ad haereticam prauitatem! Omnia  
ergo, quecumque uultis ut faciant uobis homines, & vos facite illis. Hec est  
enim lex & prophete. Intrate per angustam portam, quia lata & spaciova via  
est que ducit ad perditionem. Et multi sunt qui intrant per eam: Quam an-  
gusta

gusta porta & arta via, que dicit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Ergo (inquit) quoniam in parte uestro promptum est bona petentibus dare, petite ratione, biliter, quærите sapienter, pulsate prudenter. In quo? In eo uidelicet, ut quæcumq; uultis ut faciant uobis homines, & uos faciat eis. Si enim uos non dederitis, quo iure dabitur uobis? Si non dimiseritis, qua re cœtudine dimitterinis? Facite ergo ut dixi. Hæc est enim lex & propheta. Hæc tota est summa illorum. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Hinc Apostolus. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est a iudicandum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Plenius ergo legis est dilectio. Quām laboriosum hoc est carni & sanguinis! Hæc enim res gula. Quodcumq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, siue quod tibi non uis fieri, alij ne feceris, usq; ad inimicum hominem se exteddit. Nonne tu uis, ut inimicuus sis inuenierit, parcat tibi, sicut David pepercit Sauli? Ergo & usq; ad inimicum hæc regula se extendit, præsertim, quia sapientia dicit, & Apostolus meminit. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ficerit, da ei aquam bibere. Et Dominus. Benefacite his qui uos odis- sunt. Quām laboriosum (inquam) hoc est? Ait ergo. Intrate per angustam portam. Non negat esse laboriosum, qui hæc dicit, intrate per angustam portam, & cætera. Sed qualis angusta est hæc porta, & arta hæc uia? Vt tig; superbis & turnidis, qui multi fuerunt & sunt. Tales per latam & spaciosem uiam ierunt in perditionem. Nunquid mitibus & humilibus similliter hæc porta angusta & arta est hæc uia? Non utiq; sed sicut dicit eis, iugum enim meum suave est, & onus meum leue, ita ueraciter dicat eisdem, porta mea uia mea, & si incipientibus angusta uidetur & arta, postmodum talis inuenitur, ut dicas illud, quod dicebat Psalmista, huius habens experimentum. Viam mandatorum tuorum curri, cum dilatasti cor meum. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hic prudentia opus est, prudentia spiritus quæ una est ex divisionibus gratiarum, est enim discretio spiritus um. Neque enim absq; gratia ista falsi prophetæ cognosci possunt, quia duplices sunt, inservi turpes, specio pelle decoras, intrinsecus lupi rapaces, extrinsecus quasi oues similes, omnem humilitatem & mansuetudinem mentientes. Tales olim uenerunt & uen- tererant ad subuertendum, si fieri posset, pariter & nouum testamentum. Unde sumen- da discretio sive discretionis huius certitudinis? Et fructibus (inquit) eorum cognosce- sis eos. Fructus eorum opera sunt. Possunt enim cognosci & dijudicari ex uerbis su- is. Hic (ut iam dictum est) prudentia opus est, quæ armata sit uerbo dei, & oculata ocu- lis scientia scripturarum, quales laudantur in Canticis, quod sicut columbae, residentis super riuulos aquarum, iuxta fluenta plenissima. Quicquid dicat quis, conferendum est cum scripturis, quas non ab homine neq; per hominem, sed a spiritu sancto per revelationem Iesu CHRISTI accepérunt, ut loquerentur & scriberent homines sancti, & licet nos (aīt apostolus) aut angelus de celo euangelizet uobis præter id quod accepisti, ana- thema sit, & iterum anathema sit. Hoc dictum, hæc sententia similiter omniū illorū est, qui negab homine neq; per hominem accepérunt, sed per spiritum sanctum, unde & scriptu- ræ illorum omnes solæ canonicae dicuntur & sunt. Si quis (aīt Iohannes in calce sua) Apoca. 20 si quis (aīt) ad calyptos & alij cuilibet prophetarum & apostolorum dixisse congrueret, si quis (aīt) ad secent supra hæc, adjicet deus supra illum plagas quæ scripta sunt in libro hoc: & si quis diminuerit de uerbis prophetarum huius, auferet deus partem eius de libro uitæ. Sed iam ip- sa domini uerba sequamur. A fructibus (inquit) eorum cognoscetis eos. Nunquid col- ligunt de spinis vias, aut de tribulis sic sunt? Sic omnis arbor bona fructus bo- nos facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fruc- tus malos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur & in igne mitteretur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. In his omnibus sensum quidem habemus evidentem, sed principalem querimus intentionem. Boni auditoris of- ficiū est, animaduertere cœlestis orator non solum quid dicat, uerū etiā qd maxie intēdat.

Summa legis &  
Diliges prox-  
imatum, tc ip.

Roma. 13

Hæc regula es-  
tit ad inimicis  
extenditur di-  
ligendum.

Prover. 28  
Rom. 13  
Lucæ 6.

Humiliatio nō  
est uia angusta.  
Matth. 11.

Psalm. 113.

Prudēcia do-  
num spiritus  
I. Cor. 13.

Cant. 5.

Gala. 1.

Apoca. 20

¶ Est itaq; hic sensus uel hæc intentio in istis uerbis eius. Sicut discernere scitis lignum unde sicut uel vuam colligitis, quod spina uel tribulus aut mala arbor non fita & me, cuius ex ore ueritatem simul & opus ueritatis accipitis. Exempli gratia, cura dico cuidam Centurioni, uade, & sicut credidisti fiat tibi, itemq; cuidam alij, vade quia filius tuus uiuit, cum dicam cuidam leproso, uolo mundare, & statim fit, & multa alia multo maiora his: me (in quam) per hæc discernite à falsis prophetis, quia nō potest utrūq; esse, ut & de corde meo confingendo, & fallsum loquendo in nomine domini, arbor mala sim & fructus faciat tam bonos, ut uos ipsi sentitis, quia multa bona opera operor in medio uestri. Ecce loquor in nomine domini, scilicet profitendo quod dominus nomen meum sit, uel quod non semper me, sed in me sit nomen domini, teste domino patre meo patre deo, cum dicit de me quodam loco sic. Obserua eum & audi uocem eius, nec contemnendum putas, quia non dimit tet cum peccaueris & est nomen meū in illo. Sic (inquam) loquor in nomine domini, ut profirear quod dominus nomen meū sit, & quod de prophetis ego propheta magnus dominando prædicaturus sim. Dico em. Non omnis qui dicit mihi, domine domine intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia execuimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis, quia nunq; noui vos. Hinc dite a me qui operamini iniquitatem. Ergo & dñs & inuocantia me dñm iudex ego sum, adeo tutus & dominationis meæ compos ipse, ut cauendū sit his qui inuocant me dominū, ne indigni iudicentur à me, quæ inuocant, ipsa huius nominis mei inuocatio. ¶ Mirra assentationis repulsio, qua plurimū delectari solent maxime in initis suis reges gentium & qui dominatur eoz. Nam quotus quisq; tunc erat, qui iā sciret dicere illi, domine domine, nisi forte qui curatione indigebant, & uirtutem eius sentire incipiebant. At ipse de talibus non curans, quoniam in hoc natus erat, & ad hoc uenerat in mundum, ut testimonium p̄hiberet ueritati, id est, sibi in eti p̄fego enim sum (ait) qui testimonium perhibeo de me ipso & testimonium phibet de me qui misit me pater: ita loquebatur ut erat dignum se, scilicet iam cum potestate magna & maiestate. Vnde & postmodum Euangelista, admirabatur (inquit) turbæ super doctrinam eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non sicut scribæ eorum & pharisæi. ¶ Non (inquam) sicut scribæ & pharisæi, quia uidelicet non eū delectabat assentatio uel adulatio hæc, ut uocaretur ab hominibus Rabbi. Illi et similes eorum quicunq; alij, quam uel qualem in docendo habent potestatem popularis auras serui, gloriolæ cupiditatí, qui totum curant de opinione sermonis sui, de profectu audi entium nihil. Vere impotes, uere nullam potestatem habentes, quos si laus uentosa persuaderit, trifles extenuantur. Iste, qui lucrum solum querit animarum, & claritatem ab hominibus non accipit, magister & exemplum omnium, qui non suam, sed dei gloriam querunt, facit prior ipse quod doceat, assentationem tam præsentem quam futurorum, repellens et dicens. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. ¶ Pater eius una est persona, quæ in psalmo dicit de isto filio suo uerbo suo. Erucauit cor meum uerbum bonum: nobis autem adoptionis filii pater est unus deus pater & filius et spiritus sanctus. Vnde animaduertendum, quia ferè ubiq; absque determinacione possessori huius pronominis meus uel mei, dicit pater uel patris, ea quæ loquitur misericordia sunt maiestate sua diuinitatis, ut illic. Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio, quia pater maior me est. Vbi autem determinat, pater meus uel patris mei, non sine indicio loquitur diuinæ maiestatis, quemadmodum hic, sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, subauditur, cum eo quod dicit mihi, domine domine, ipse intrabit in regnum celorum, addens adhuc. Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? et coetera, ut supra. Quam ob rem confitebor illis, quia nunquam noui uos. Discedite à me qui operamini iniquitatem. Nimurum, quia quod prophetauerunt, sibi met prophetauerunt, id est, non prophetando dei, sed suis gloriam, suumq; tempore commodum quaesierunt, sicut Balaam qui cum bona et uera

Assentatio  
nis repulsa

Iohau. j8

Iohan. 8

Matth. 7  
Scribæ & pha  
risæi, suā, non  
dei, gloriam  
quaerabant.

Iohan. 5.

Duplex mos  
dus loquendi  
de p̄f. Ps. 44

Iohan. j4

& uera prophetasset, malum dedit consilium, nam ad suggestionem eius, mulieres Mat. Nume. 24

dian deceperunt filios Israhel in Beelphegor. ¶ Similiter multi in nomine eius daemona

ejcientes, sive de hominibus exorcizando & baptizando, sive de aris & templis dedi-

cando illa deo vero, in quibus habitabat & colebatur daemorum multitudo, & multas uit

tates huiusmodi facientes, quae videbantur quidem, sed non erant ueræ uirtutes, immo uit

atum simulationes, mercedem aliam quam domini quaesierunt, & mercedem suam rece-

perunt. Iccirco confitebor illis, quia non noui uos. Confiterebhor inquam, id est dicam id qd.

prius celau, permittens illos sibi iustos uideri, iuxta illud. Tacui, semper filii, patiens fui,

qua partuens loquar. ¶ Omnis ergo qui audit verba mea hec, & facit ea, assimili-

abitur viro, qui edificauit domum suam supra petram. Et descendit pluvia, & ve-

nérunt flumina, & flauerunt venti, & rruerunt in dominum illam, & non cecidit fun-

data enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hec, & non facit

ea, similis est viro stolido, qui edificauit domum suam super barenam. Et des-

cendit pluvia, & venerunt flumina, & flauerunt in dominum il-

lam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. ¶ Formidabilis confessio, quæ in illa die sic

revelabit uel conscientias fundamenta pseudoprophetarum & omnium qui operantur in

iquitatem, quemadmodum tempestas pluviarum & inundatio fluminum, & flatus uen-

torum irruentium, reuelant fundamenta domus, que non supra petram, sed super dissolu-

tam & fluxam fundata est harenam. Cadent enim & ruenteruina magna in turbine uocis

huius. Discedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius Matth. 23.

non quia non audistis uerba mea, sed quia non fecistis ea. Domus autem illorum, qui au-

diendo & faciendo posuerunt fundamenta supra petram, firmiter stabit: nec enim hi, qui

à dextris erunt, cadent eundo cum sinistris in supplicium, immo ascendent in uitam æter-

nam, ad percipiendum regnum sempiternum, ab originine mundi sibi paratum. ¶ Et fa-

cuum est cum consummasset verba hec Iesus, admirabantur turbe super doctrina

eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non sicut scribere eorum &

pharisei. ¶ Qualem, q[uod] uehementer dicit rationem admirationis illius, qua admirabatur

turbe super doctrinam eius. Erat enim (inquit) docens eos sicut potestatē habens, nō sicut scri-

be eorū & pharisei. Quid nā (rogó) est potestatē habere in docendo? Imo quid est potesta-

tē non habere in docendo? Nā ex hoc oppōso melius cognoscitur, qd sit potestatē habe-

re in docēdo. ¶ Ergo potestatē non habere in docēdo, est bona loqui & esse malos scribas

& phariseos, uolēdo placere hominibus & adulādo diuitibus, ut ex eis aliqd cōmodi adi-

piscantur. Contra tales apud Ezechielē sermo propheticus hoc mō grauissime inuehitur

Hoc dicit dñs deus. Vx qui cōsuunt puluillo sub omni cubito manus, & faciunt ceruica-

la sub capite uniuersæ atatis, ad capiendas animas. Cū caperent animas populi mei, uiui-

ficabant animas eoz, & uiolabant me ad populum meum, propter pugillū ordei, & frag-

men panis, ut intericerent animas quæ nō uiuunt, mentientes populo meo credenti men-

dacijs. Quid em est uiuiscare animas quæ non uiuunt, & interficere animas quæ non mo-

riantur, nīi iustificare impium & condemnare pium pro muneribus? Hoc nāq[t] tale est,

quale effet consuere puluillo sub omni cubitu manus, & facere ceruical sub capite uniu-

eratatis, & hoc propter pugillum ordei et fragmen panis, id est propter emolumenntum

uel commodum temporale, uile nimis et exile comparatione detrimenti iustitiae, quod si-

bi talis adulator peccati alieni scienter adquirit. Num ergo hi tales in docendo potestatē

habent? Immō serui seruorum, impotes et uenales clientuli sunt. ¶ Iste magister unus,

magister uerax, et uiana dei in ueritate docebat, qui inter cætera quæ contra avariciam il-

lorum disputauit, adeo nulli nunquam adulatus est, ut in Hierosolyma, ciuitate magna et

opulenta, nec saltem unius noctis hospitium aliquando habuerit. ¶ Cum autem des-

cerdissit de monte, secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens,

adorabat eum, dicens. Domine, si vis potes me mundare. Et extendens ma-

nuui tetigit eum, dicens. Tolo, Mundare. Et ante et post sermonem habitum in

monte, ualde multis narrat Euangelista dominū Iesum infirmos curasse, nō exprimēs fin-

gillationem, qualiter et quibus ab infirmitatibus fuerint liberati. Ante etenim dixit. Et cir-

cubat

Chrys null

prorius ad-

latus est uo

do, Ezech. 13.

CA. VIII.

Match. 4.

XCIII. R V PERTI IN MATTHAE. C AP. .VII.

cubit totā Galilæam, docens in synagogis, & prædicans euangelium verbi, & obtulerū ei omnes male habentes, varijs languoribus & tormentis cōprehensos, & curauit eos. Post sermonem uero facta de tribus narratione singillatim, scilicet de isto leproso, & de puer Centurionis, & de socru Petri, rursum dicit. Vespere autem factio obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & ejuscebat spiritus uerbo, & omnes malehabentes curauit. Pauca ergo de multis conscripta sunt, sed secundum intentionem scribentis Euangelista pro suscepione negocio sufficientia sunt. ¶ Iste ergo gloriosus filius dei, honorabilis filius hominis, propterea de monte ecclie descendebat in campum huius mundi, ut infirmitates, id est, peccata sanaret omnis hominis, Iudæi primum, & deinde Gentilis. Curationem Iudæi meditabatur in emundatione leprosi, qui & Iudeus erat: propter quod & dixit ei, tanquam alumno legis. Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moysæ in testis moniū illis. Porro curationem gentilis meditabatur in sanatione pueri Centurionis, qui & ipse gentilis erat. Proter quod & indignum se introitu domini iudicauit, & ficut Lucas me minuit, seniores Iudæorū quasi suffragium ferebant ei, dicentes quia dignus est ut hoc illi p̄stes, diligit eum gente nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Recte igitur leproso, non solū uolo, uel solū mundare, dixit, verū etiam manū extendit, eūq; tetigit: puer autē Centurionis non tetigit, & nec saltem ad eū introiuit, quia uidelicet Iudeu ita curauit, ut ex ipso carnem asumeret, & in medio eius habitaret, quod nimis tangere fuit ad Gentiles autē per semetipsum non accessit, sed post q̄ totam salutē operatus est, & in celū ascendit, suos eis prædicatores misit. ¶ Cū autē dicitur aut legitimus prius Iudæum, id est, Iudaicum populu, per præsentia saluatoris esse curatum, non solos illos paucos attendimus, qui tunc in corpore inueniunt, ante uel post passionem eius crediderunt, sed uniuersam populi illius electionē, omnes qui iam à seculo migraverant, à tempore promissionis quæ facta est ad Abrahā, usq; ad tempus illud: quia tunc saluati & ab inferis educti sunt p̄ ipsum, cuius uenit ueniū fidē habuerant. ¶ Proinde & ipsa infirmitatē diuersitas non negligenter pensanda est, quia uidelicet ille ex Iudæis tantummodo erat leprosus: puer autē Centurionis & paralyticus erat & malè torquebatur. Hoc enim secundū similitudinem illorū duorum hominum, plus malū habuit populus gentilis q̄ populus Iudaicus: quia possidebatur à diabolo, dæmonia colens pro deo, neq; enim notus illi erat deus. Iudeus autē tanquam ratione non priuatus, in ipsa lepra suis deū cognoscens, legi erat subditus. Cui enim grauius q̄ leproso lex dominabatur: Scribuntur fuisse graues manus Moysi, & reuera nulli magis q̄ leproso grauis fuit manus legis literalis. Quicunq; ait) maculatus fuerit lepra, & separatus ad arbitrium sacerdotis, habebit uestimenta dissipata, & caput nudum, os ueste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit omni tempore quo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra. De ceteris quoq; immundicijs, scilicet de fluxu seminis, & de menstrujs est iudicium legis: sed & de alijs corporalibus maculis, uidelicet si cæcus fuerit, si claudus, si uel paruo uel grandi uel torto naso, si fracto pede uel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore uel hermosus: non accedit (inquit) offerre hostias domino, nec panes deo suo. ¶ Porro de illo, qui malè torquebat, id est qui dæmoniosus est, ut erat puer iste Centurionis, nullum usquam iudicium lex decreuit. Per omnia igitur congruē (sic ut iam dictum est) per leprosum legis alumnū Iudaicus, & per gentilis hominis puerum gentilis populus, à suis curandus peccatis, sinificabatur: per gratiam huius filii hominis, qui in operibus suis exterioribus sine dubio salutem animarum, propter quam uenerat, die ac nocte meditabatur salutem, & corum qui sub lege erat, ut ille leprosus, & eorum qui sine lege erant, ut iste puer à proprio sensu captiuus. ¶ Quid si uel Iudeus postquam à lepra pharisaica mundatus est, uel gentilis postquam à demonio, id est, à cultura dæmonum liberatus est: quid inquam, si uel ille uel iste per fidem leprosum, per lauacrum regenerationis spiritus sancti saluus factus, iterum peccaverit? Nunquid & postea saluari uel ad salutem reuocari poterit? Poterit plane, si dignos penitentiæ fructus fecerit. Filioli mei (inquit IOHANNES Apostolus) hæc scribo uobis, ut nō peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatū habem⁹ apud patrem lesum Christū iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Nō pro nostris autē tantū, sed etiā pro totius

Ch̄s dissens  
mode cura/  
uit leprosum  
& puer Cen  
turionis.

Lucæ. 7

Quos Iudeos  
curauit Ch̄s

Diversa infir  
mitas Iudæi  
& Gentilis.

Exodi. 57

Leui. 53

Leuit. 55  
Leui. 22

Romæ. 2.  
Questio de re  
lapis in p̄m  
p̄ baptismū.

Titi. 3.  
Responſio  
Iohann. 2.

prototius mundi. Exemplum huius rei mysticum diuinus Euangelista continuo subordi-  
nauit. Ait em. ¶ Et cum venisset Jesus in domum Petri, vidi socrum eius iacen-  
tem & febricitantem & tetigit manum eius, & dimisit eam febris. Et surrexit & mis-  
trabat eis. Quid em domus Petri, hominis utiq; fidelis & fidei ardenter, nisi ecclesia  
est dei uiuentis? Ergo socrus Petri, febricitans, anima est habens quidem fidem christiana-  
m sed alicuius peccati seu uitij passione cum periculo uitae laborans. Lucas Euangelista hoc  
etiam memorat, qui rogauerunt illum pro ea. Igitur socrus Petri, cuius in domum domi-  
nus Iesu uenerat, anima est (ut iam diximus) Christiana uel fidei domestica, quae cum uit-  
ijs & peccatis febricitare coepit, & penè spiritu uitae amiserit, rogan fideles pro ea, &  
cando ab omnibus confirmatur charitas in ea. Præterea & hoc Lucas meminit, quia stans  
super illam imperauit febris, & dimisit illam. Matthæus dicit, quia tetigit manum eius, &  
dimisit eam febris. Lucas autem (ut iam diximus est) stans (inquit) super illam, imperauit fe-  
bris, & dimisit illam. Vt terq; surgentis hoc exprimit opus, quia surrexit continuo, & mini-  
strabat eis, uidelicet et domino & discipulis eius. ¶ Hinc breuiter dicendum, quia super febrici-  
tatem stare est, eiusmodi anima respectu timoris sui ualde terribilis concutere, iudiciq; fu-  
ti in memoria cōturbare ita ut dicat. Cōturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turba-  
ta est ualde. Non em sicut ante noticiā ueritatis laetatur anima dulcibus gratiæ mammillis,  
in creatorum suū cognoscat; non (in quā) ita, cū post ueritatis agnitionem & suceptā fidem  
aliquid criminale peccauerit, rursus tā facile prona indulgentia seſe illi Iesus impendit, sed  
quia deſuper tantis terretur animaduertione iudicis, uerbi gratia dicentis. Qui peccauerit  
mihi deſeo eū de libro meo quem scripsi. ¶ Porro iacentis manū tangere est, confortare  
& adiuuare uolentē uiolentia peccati resistere. Quo em alio modo quispiam liberaretur  
de corpore mortis huius? Deniq; cū uult, potest homo iacere & febricitare, uel qualem cū  
passione corporis suo adducere; sed ut de lecto surgat, eadēq; passione careat, non in sua  
voluntate, sed potius in medici positiū est curatione. Similiter cū uult, potest sine lege uiue-  
re, id est, sine timore dei mala securitate in peccatis iacere; sed ut surgat, & anima sanitatem  
recipiat, non in uirtute sua, sed in sola positū est gratia liberatoris. Etia si uelle adiaceat, non  
inuenit bonum perficere, postq; malo uolens tradidit se. ¶ Hinc est illud apostoli, sub per-  
sonalitati suspirantis. Condelector legi dei, secundū interiorem hominē. Video autē alia  
legem in membris meis repugnante legi mentis meæ, & captiuū me ducentē in lege pec-  
cati que est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu-  
ius? Gratia dei per Iesum Christū. Igitur secundū mysteriū, seueritatis quidem est, quod  
(ut Lucas scribit) stetit super illā: adiuuantis aut̄ siue liberantis gratiæ, qd (sicut ait hic Mat-  
thæus) tetigit manum eius. Porro & apud illum et apud istum, sicut in cæteris, ita & in isto  
facto manifesta & rata est astipulatio ueritatis, quia credendum est illi in sermonibus suis,  
quia sicut dominus potestatem habens uitæ & mortis, siue uitæ & sanitatis, tantummodo  
sicut & imperauit, stetit & tetigit, & febris fugit. ¶ In terrea & hoc dicendum tibi, quicunq; es  
uulfe cupis prudens auditor euangeli, ne ordinem requiras factorū in omnibus quæ ab  
Euangelistis conscripta sunt. Non em ordini intendunt rerum gestarum, siue temporibus  
descendens quibus res gestæ sunt: sed prouisum singuli sequuntur cœleste mysterium,  
ut pote animalia spiritualia, quæ ante & retro oculis plena sunt. Nunquid em ordo facto  
rum apud hunc & apud Lucā tam diuersus esset, sicut perpendere potes, nisi causa mystica  
subfuerit? Inde sicut periti artifices, sicut optimi aurifices, dum quisq; illorū uas quodcūq;  
præcioſum, siue decoram regio capiti fabricare cupit coronā appositis sibi gemmis, nō cu-  
rit attendere de singulis, quo tempore uel quali præcio comparatae fuerint, sed hoc solum  
intendit, qualiter auro superordinate, uarietate sua melius placere possint intuentum ocu-  
lis. Ita isti fidissimi fabricatores euangelicæ ueritatis, non tantum attendere debuerunt,  
quibus temporibus uel quo temporum ordine miracula gesta fuerint, quantum eorum  
miraculorum qualitates: quæ sumpta de innumerabilibus gestis, & subordinata cō-  
tentibus locis, sufficere possent ad splendorem ueritatis, ferendumq; suffragium glo-  
riæ & honori huī filii hominis, quod sicut uerus homo, ita & uerus deus sit. ¶ Hinc  
illud in psalmo, Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in

Mysteriū in fe-  
bricitante so-  
cru Petri & in  
eius curatōe,  
Lucæ. 4.

Quid est stare  
super febrici-  
tantem.  
Platīn. 6.

Exodi. 32. 1

Romz. 7.

Roma. 7.

Nōrā ordo q  
mysteriū i ge-  
sus Christi ab  
Euang. obser-  
vatur.  
Ezech. 1. 10.  
Apoca. 4.

Psalm. 102  
capite

XCVI. R VPERTI IN MATTHAE. Cap. .VIII.

capite eius coronam de lapide præcioso. Quid em est corona de lapide præcioso in capite nisi scriptura hæc testimonioru eius opifex diuinis illustrata miraculis, in initio prædicatiois euangelicæ? Non igitur magnopere requiras in gestis ordinem temporum, ubi longe pulchriorum fulget ordo mysteriorum, de quo iam dictum est, & adhuc dicendum. ¶ Dicitum quippe est, quia futuræ erat, ut de populo iudaico prius à lepra sua pars aliquanta, & deinde gentilis populus à phanatico errore suo curaretur: ac deinceps quisq; iam fidelis, iam Christianus peccatis actualibus iterum oppressus, gratia misericordis dei liberatur. Secundum similitudines istorum, uidelicet leprosi mundati, & pueri Centurionis à dæmonio liberati, & socrus Simonis quam febricitantem, idem dominus potenti imperio sanauit. Nonne & hoc futuræ erat de hereticis, quod factum est: sicut Iohannes Apostolus dixit. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Sequitur ergo. L Elesperare autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, et sciebat verbo spiritus, et omnes male habentes curauit. Hoc ipsum Lucas scribens, Exibant autem (inquit) dæmonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, ga sciebat ipsum esse Christum. In presenti facto manifestum magnūq; & euidēs erat diuinitatis siue diuinæ fortitudinis experimentum: quia sicut cetera, sic & istud in potestate faciebat, & hoc ad testi moniū pertinet ueritatis, ut ueraciter posset dicere. Opera quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa testimonium perhibent de me. Porro iuxta mysterium iam præscriptum, spiritus uel dæmonia, quæ uero ei ciebat, & quæ exhibant à multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius dei: ipse autem increpans non sinebat ea loqui, hereticī sunt, uel fuerunt homines ficti, simulatores & callidi, qualium primus in actibus Apostolorum Simon exitit, qui & ipse credidit, sed fides uel confessio eius & similiū clamantium, tu es filius dei, similis est confessioni dæmoniorum, que non sinebat loqui filius dei, quia non est speciosa fides uel confessio in ore, si dilectio non sit in corde. Quid autem est, quod cū dixisset Euagelista, & omnes male habentes curauit, statim subiuxit. L Ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem, ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes portauit. Deniq; ubi hoc per Esaiam dictū est, de passione eius sermo propheticus erat, sicut manifeste docent sequentia hæc. Et nos putauimus eū quasi leporum, & pulsuum à deo & humiliatum. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelerā nostra. Disciplina pacis nostræ super eū, & liuor eius sanati sum⁹, &c, ¶ Et reuera hoc fuit illi infirmitates nras accipere & ægrotationes portares scilicet vulnerari propter iniq;ras nfas, & atteri propter scelerā nra, flagellis cædi usq; ad liuorem sanctissimi corporis sui, & in similitudinē ouis siue agni ad occisionē duci, & in ipsa occisione cū scelerā ratis reputari: q; omnia illo prophetæ loco conscripta sunt, de quo capitulū hoc Euagelista sumpliit. Quid ergo est talis capitulū p̄ sens cōmemoratio, nisi pia & prudens tanti medi ci uel propositi eius cōsideratio? Nā quia propositi eius hoc erat, ut peccata nostra portaret, q; uere infirmitates, uere sunt anima & n̄arum ægrotationes: ualde pium atq; pulcherrimū fuit cordi huius Euagelista, cōsiderare, scriptoq; suo nobis innuere, q; suū opus, qd est ægrotationes (ut iam dictū est) animaq; portare siue sanare, ab ægrotationibus corporū ccepit operari: ut prius ab illis, dum uisibiliter curaret, medicus uerus innotesceret, et tunc demū ad curandas ægrotationes animaq; perueniret. Nam fecit quidem initū signorum corām discipulis suis, conuertendo aquas in uinū: sed hoc fuit publicū prædicationis suæ officium, cum necdum Iohannes suum impleuisse cursum. Postquam Iohannes traditus est, tunc siue exinde ipse & prædicare regnum dei, & miracula facere coepit huiusmodi, scilicet curare corporū infirmitates, & perinde (sicut iam dictū est) ad curationem animarum perueniret. Et de potestate quidē huius filij hominis, potestate diuina hui⁹ dei & hominis, & ea quæ iam dicta, et ea quæ adhuc sunt dicenda, magna et mystica experimenta siue testimonia sunt. ¶ Sed quid sibi uult hac interpositio, quam rebus gestis Euagelista taliter interposuit. L Uidens autem (inquit I E S V S) turbas multas circum se, nullum ire transfrerum. Et accedens unus scriba, ait illi. Magister sequare te quocunque ieris. Et dicit ei Jesus. Ulpes foueas habent, & volucres coeli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis

Iohan. z.

Lucæ. 4  
Dæmonia, q  
increpabat le  
sus, hereticos  
præfigurabat

Iohan. s.

Actu. 8.

Esa iæ. 53

Ch̄s ægrotat  
iōes nostras  
portauit.

Iohan. z.

DE GLORIA ET HON. FILII HOMI. LIB. VII. XCVII.

finis ait illi. Domine, permitte me primum ire, et sepelire patrem meum. Jesus autem ait illi. Sequere me, et dimittre mortuos sepelire mortuos suos. Quid (inquit) hoc sibi vult, quod haec dicta filii hominis ad duos homines, tam diuersa, rebus gestis, id est, mirabilibus eius interposuit? Nam hactenus potestatem eius evidenter demonstrauerat, quomodo cum potestate dixisset ad leprosum, uolo mundare, quomodo dixisset Centurio, in uade, & sicut credidisti fiat tibi, quomodo tactus siue imperium eius fugisset febris, quo modo spiritus uerbi eiecerat, & omnes male habentes curauisset, inter quos exequia dabantur, sicut Lucas meminuit, increpans non sinebat ea loqui: & cōtinuo dicturus est, quomodo surgens imperavit uentis & mari, ut fieret tranquilitas, & obedierunt ei. Quid ergo dicemus? Planè si in his rebus gestis, rex in ecclesia gerendis processum, qualiter expone recipimus, diuinū Euangelistam attendisse persentis, causam habes in promptu, cur hec adducessimenes dicta tam diuersa non præterire, uel tali loco inserere uoluerit. Futurū quippe erat, ut curata animarum lepra in Iudeis, sedata in gentibus demoniaca vexatione phantaci erroris, dum rursus in domo Petri, quæ est ecclesia, curatur uictiorum febris, & de ecclesia eliminantur haeretici, spiritu malum habentes, & i cōcirco indigni loqui de filio dei, Futurū (inquit) & hoc erat, ut multi arriperent aut suscipere uidērentur propositū perectionis: Alij per improvidam præsumptionem, alij per timoratam detractionem. Nimirum eorū qui per præsumptionem accessuti erant, exemplum est ille qui dixit, magister sequitur te quocunq[ue] ieris: eorū autem qui cum timore uocati siue admoniti accedunt, ille qui ait, Domine, permitte me primū ire & sepelire patrem meum. Quantos putas in ecclesia fuisse uel esse, qui secundū horum utrōq[ue] exempla tam diuersa diuersos exitus habuerūt uel habent professionis suarū? Digne igitur & hoc Euangelista non prætereundum existimat, ut deinde futuras in ecclesia seditiones propiciens, siue ex falsis fratribus, siue ex manifestis adulterariis persequenteribus, subiungeret dicens. Et ascendentē eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, & cetera. Nunquid dicta perspiciamus. Vident (inquit) turbas multas circum se iussit ire trans fream. Sicut tunc turbas multas circum se uidebat, ita & multitudines gentium oculis suæ divinitatis, cui omnia præsenta sunt, credituras in se fore præuidebat. Item quod uenientib[us] ap[osto]licis consilij est, sicut plerisque crediturum in se dicturus erat per spiritum sanctū, diffusum in cordibus ipsorum, per inspirationem sancti desiderij, in quo est fastidū præsentium, & appetitus cœlestium siue futurorum: sicut (inquit) dicturus & ineffabili dictione sua facturus erat, ut transirent uel relinquenter seculū, tumultuq[ue] effugenter curarum secularium (ut faciunt nunc hi qui cœnobialem siue solitariam uitam eligunt) ita tunc iussit ire trans fream. Non dictum est, iussit turbis multis, quæ circū se erant nec dictum est, iussit discipulis suis qui tunc admodū pauci erant, sed dictū est ab Euangelista indefinite, iussit ire trans fream. Cur hoc nisi quia iussio h[oc]ec iuxta sensum hunc mysticū non tam præcepit q[uod] consilium? Sicut enim quodam loco dicentibus discipulis eius, si ita causa est hoc, non est q[uod] consilium? Exempli gratia, ut appellatione Petri dicentes, domine, si tu es iube me uestrum cum uxore, non expedit nubere, respondens ait, nō omnes capiunt uerbum istud, ac deinceps, qui potest (inquit) capere capiat: ita de omni fredo curarū secularium, quibus licet quidem fideles implicari possint, sed cū illis perfecti esse non possint, prudenter aut discrete sentiendum est, quod sic quosdam iussit ut iubeat ire trans fream, ut non tam erit omnibus imponat necessitatem omnino relinquendi coniugium, curamq[ue] omnium rerū familiarium. Ettaliter quidem transire, Christū sequi est. Sed attende diligenter, q[uod] uel quomodo fortis ille scriba dixerit. Magister (inquit) sequarte quocunq[ue] ieris. Primitū ipsa appellatio insuavis est, cū dicit, magister, & non dicit, domine: insuavis (inquit) & sine distinctione. Nam si ritè recolis, eorum appellatio qui cū dilectione appellauerunt talis erat ut dicerent, domine. Exempli gratia, ut appellatione Petri dicentes, domine, si tu es iube me uestrare ad te. Talis appellatio magister siue Rabbi pharisaica extitit, quibus delectabile erat sibi salutare, & sic salutari, uocare & uocari ab hominibus Rabbi. Iudas impius sic appellatur potuit, ut ceteris singillatim dicentibus, nunquid ego sum domine ille (ut erat cordis auctor & perfidi) diceret, nunquid ego sum Rabbi? Et quidem bonum & suave est utrumque dicere simul, magister & domine, unde & dicit ipse, uos uocatis me magister & domine, Iohann. 13 & bene

Quinta ergo  
ratio in Mo-  
nasticis.

Votū monas-  
ticū cōsilij est  
nō p[ro]cepti, q[uod]  
nō omnibus  
imponitur.

Matth. 19.

Triplex ap[osto]le  
pellatio, dñe,  
mag[is]t[er] seu Rab[bi]  
mag[is]t[er] &  
domine  
Matth. 14.

Matth. 23.

Matth. 26.

XCVIII. R V PERTI IN MATTHE. CAP. VIII.

& bene dicitis, sum etenim, sed solum hoc dicere magister siue Rabbi, & non dicere, domine, cordis est longinqui, id est, longe remoti a familiaritate dilectionis. ¶ Deinde quantum praesumptionis dicere uel dixisse magistro & domino huic, sequar te quocumque ieris? Quis enim unquam fuit qui sequeretur eum quocumque ierit, uel cui diceret ipse ore suo, seque re me quocumque ieris? Sed non mirum, scriba enim fuit, cuius ordinis homines de iustitia sua ualde fuere praesumptuosi, & gloriabantur unde & ab ipso domino sape grauerit notati sunt, exempli gratia cum dicit. Super cathedram Moysi federunt scribae & pharisei, omnia uero opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus, & his simili. Quomodo ergo illi respondit: Nimirum ut debuit. Vulpes (inquit) soueas habent & uolucres coeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. ¶ Quam dissimilis responso haec responsioni illi, qua postea Petro respondit, nimis adhuc forti, & confidenti plus quam omnipotuit. Nam qui dixerat, domine tecum paratus sum, & in carcere, & in mortem ire itemque quare non possum te modo lequi, animam meam pro te pono respondit illi. Anima tuam pro me ponis? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus donec me ter neges. Vere responso dissimilis, quia fuit illa corripiens, ista autem est omnino reprobans. Et recte debuit esse dissimilis, quia confidientia Petri, de radice dilectionis: huius autem presumptio de superbia & radice nequitiae prodit. ¶ Plane poterat dicer sic uulpes occulisse cubant in foueis, & sicut uolucres caeli suauiter sibi sedent in nudulis ita maligni spiritus propter malitiam uulpeculae, propter elationem, uolucres coeli iure nominandi, cuncta occupauerunt diuersoria pectoris tui, & iccirco fallum loqueris, dicendo, sequar te quocumque ieris: In quo dicto & dolus est & superbia simul, dum & me fallere, & ambitione nimia cupis sanctus uideris: sed sanctae discretionis & temperantiae magister uenerabilis, malignus spirituum nomen tacuit, & rem nihilominus eadem satis edixit. Quanti hodieque sunt, propter quos horum meminiisse oportuit, quorum in cordibus, cum in ore sanctam conversionem profiteantur, maligni spiritus ita cubant, sicut uulpes in foueis, sicut uolucres in nudulis: & locus in eis non est ubi filius hominis caput suum reclinet. Simplices non ita magister iste & dominus repellit, immo & quasi uim faciens, ad se trahit. Sequitur enim. ¶ Alius autem de discipulis suis, ait illi, Domine, permitte me primu[m] ire & sepelire patrem meum. Iesus autem illi. Sequere me & dimittre mortuos sepelire mortuos suos. In Deuteronomio Moyses dicit, b[ea]n[iti]cens Leui, Qui dixit patri suo & matri sua, nescio uos: & fratribus suis, ignoruo uos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquiu[m] tuu[m], & pactu[m] tuu[m] seruauerunt, iudicia tua o[mn]i[bus] Iacob, & legem tuam o[mn]i[bus] Israhel. Hoc de perfectio[n]e dixit. Praemiserat enim. Perfectio tua & doctrina tua uiro sancto tuo, quem probasti in perfectione, & iudicasti ad aquas contradictionis. ¶ Ergo iste qui dixit, Domine, permitte me primu[m] ire, & sepelire patrem meum: aliquid minus a perfectione habebat, qui non dixerat patri suo, nescio te, praesertim talis patri, propter quem diceret ei dominus cum sua charitatis imperio, dimitte mortuos, sepelire mortuos suos. Non utique talis erat pater huius, qualis extitit Iacobi & Iohannis pater Zebadeus, alioquin non diceretur mortuus a mortuis sepeliendus. Attamen illi, scilicet Iacobus & Iohannes, uocanti domino ut sequerentur eum, non dixerunt, domine, permittite nos primum ire, & sepelire patrem nostrum. Non igitur eiusdem perfectionis iste iam erat, cuius illi fuerunt in ipsa uocatione sua, quale in Deuteronomio Moyses (ut iam dicitur) collaudat. Sed quid? Nimirum talis & talium exemplum fuerit, quales hodieque nonnullus sumus experti, qui cum desyderent, perfecta conuersatione Christum Dominum sequi, retrahuntur per affectum carnis, per affectum patris & matris, uel cuiuscumque propinquitatis: cuius dilectioni tunc demum sancta scriptura uel dei charitas contradicit, si propinquus illi deo mortui sint, id est, si aduersentur uite domini. Adiuuant igitur est gratia, quod uerbum incarnatum dicit infirmo, sequere me, & dimittre mortuos sepelire mortuos suos. Proinde secundum hoc exemplum recte dicas illi, cuius defudit conuersationis cognoscis retardari per affectum carnis. Verbi gratia per affectum patris secundum carnem uiuentis, & iccirco mortui. Relinque mortuos sepelire mortuos suos, tu autem uade, & annuncia regnum dei. Quod si & patrem innoxium, qualis iam dicitur erat Zebadeus, relinquit alijs sepeliendum, ut sequatur Christum, tunc multo magis cum apostolis facit, scilicet

Nimia presum  
ptio h[ab]it[us] scribae

Matth. 23,

Dissimilis respon  
sio ad Petrum et  
ad scribam.

Matth. 26.

Iohann. 13.

Vulpes & uo  
lucres coeli,  
maligni sunt  
spiritus.

Deut. 33.

Apostol. Iaco  
bi & Iohannis  
perfectio.

Matth. 4.

DE GLORIA ET HON. FILII HOMI. LIB. VII. XCIX.

facit, scilicet cum Iacobo & Iohanne, qui patrem Zebedaeum reliquerunt. ¶ Et ascēden  
te co in nauiculam, securi sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est  
in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accellerit  
& suscitauerunt eum, dicentes. Domine, salua nos perimus. Et dicit eis. Quid  
timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tran  
quillitas magna. ¶ Ut cetera, sic & istud in potestate fecit hic filius hominis, unde & co  
tinuo. ¶ Admirantes dixerunt. Qualis est hic? quia venti & mare obedunt ei. ¶  
In hoc genere virtutum Moyses claruit, scilicet utendo elementorum officijs, contra Pha  
raonem in terra Aegypti, de hoc iam supra dictum est, quia signa quæ fecit, non eiusmo  
dierant ut ea quæ maxime operatus est hic filius hominis, qui sicut prædictum fuerat per  
Esaiam & hic Evangelista meminit) infirmitates nostras accepit, & ægrotationes no  
stras portauit, circa substantiam hominis suarum beneficia virtutum maxime impendit,  
incipiens à curatione corporum, ut deinde perueniret ad curationem animarum. ¶ Nun  
quid vero non & in ista parte virtutis, scilicet in imperando elementis, & Moys & omni  
bus virtutum operator maior est hic? Vere incomparabiliter maior, quia nullus eorum  
quicquam imperando fecit, nec ipse Moyses imperio usus est, sed de plenitudine alterius  
acepit, scilicet dei uel uerbi eius, de plenitudine (inquam) huius, de quo solo dictum est,  
& dici debuit, quia imperauit. Non enim Moyses imperauit, sed ab hoc imperatum est il  
lido, extende manum tuam super aquas Aegypti & uertantur in sanguinem, exten  
de manum tuam super fluuios & educ ranas super terram Aegypti, & post multa his si  
militatandem inquit. Eleua uirgam tuam, & extende manum super mare, & diuide illud, ut  
egrediantur filii Israhel in medio mari per siccum, & rursum extende (ait) manum tuam su  
per mare, ut reuertantur aquæ ad Aegyptios, super currus & equites eorum. Cuncta hec  
alterius imperio fecit, scilicet dei, suo autem imperio nihil. Homo enim, & non deus e  
rat. Hic solus suo imperio imperauit uentis & mari, deus enim erat, & obedierunt ei. ¶ Por  
ro ut de mysterijs conceptum tenorem sequamur, pulchre diuinus Euangelista miraculum  
hoc aucto ordine scripsit: quia uidelicet post illa, qua hactenus dicta sunt, futurum & hoc es  
tatio in ecclesia, ut manifestæ persecutionis violentia per magnos principes in gentibus, qua  
si per magnos uentorum motus in mari tempestas excitata, detonaret, ipsamque ecclesiæ na  
vicularum, quasi dormiente Iesu, penè usq; ad periculum uitæ & salutis uehementer uexar  
et. Quid enim est dormire Iesum in nauicula? nisi subtrahit auxilium gratiæ adiuuantis ab  
ecclesia? Hoc autem cum sit, ideo utiq; sit, ut & qui probati sunt, manifesti siant: & qui per  
prosperitatem falli poterant, per aduerbitatem instruantur: & qui in peccatis erant, purgen  
tur: & multi martyres coronentur. ¶ Igitur tortiens dominus Iesus in nauicula quasi dormit,  
aut dormivit, motusq; magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus, quo  
tientardante illo per ordinatissimam dispositionem, & necessaria ad tempus subtrahente  
præsidia, diabolus uentorum huius seculi agitator inquietus (qualis utiq; uentus Nero fu  
it, aut Funestus Decius, uel certe Diocletianus siue Maximinus) persecutions excitavit,  
et in mortes siue oppressiones sanctorum mare, id est, multitudines gentium per ipsorum  
leges et edicta commovit. Heu, quotiens motu huiusmodi facta nauicula operata est flu  
ribus, quotiens persequenteribus et occidentibus paganis crudelissimis, ecclesia sancta ca  
lamitatibus oppressa est innumerabilibus. ¶ Tunc nimisrum accesserunt discipuli, et dor  
mantem suscitauerunt Iesum, inuocantes eundem salvatorem. Exempli gratia, dicendo  
illud Dauidicum. Exurge, quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem. Et

Differunt mis  
racula Chri  
sti & Moysi.

Exodi. 7, 8

Exodi. 14,

Ecclesiæ perse  
cutiones i ma  
ris tempestate  
præfigurat.

4 Cor. II,

Psalm. 43,

Ibidem.

Psalm. 72,

Non pro mīcō  
Iesus diu dū  
rare psequu  
tionem.

Psalm. 144,

C. RUPERTI IN MATTHAE. Cap. A. VIII.

rumque gentium Barbarorum, regumque haec in um impiorum, quicunque virgam suam, id est potentiam suam vel domini inum extenderunt atque eleuauerunt super sortem iustorum, ad affligendos sive delendos illos, qui sorte, id est, gratuita electione misericordiae ad uitam aeternam praedestinati sunt. Nunquid diu durauerunt? Nunquid non hoc ipsum, quod ad tempus praevalere vidi sunt, cooperatus est in bonis iustis & diligentibus deus? Quid ergo timidi estis? Num quia Nero Petrum crucifiguit, & Paulum gladio cedit? Nolite timere, nolite timidi esse, sed in patientia vestra possidete animas vestras, quia non tardiu durabit uirga haec ut necessario extendant iusti, quasi auxilio destituti, ad iniuriam matutus suas: sed cito fratre getur, & in ignem mittetur ut ardeat. ¶ Tunc surgens imperatur uentis & mari, & faciat eum tranquillitas magna. Dominum Ihesum surgere, uenientem & mari imperare, est potentiam suam exercere sive excitare, scilicet ad actuandum electos, & ad vindicandum in rebus: ut semper particulariter factum est, si et autem uniuersaliter & semel, cum in nouissimo iudicio surrexerit, sicut in Psalmo dictum est: Terra tremuit & quietuit, cum exurget in iudicio deus. Praterito namque pro futuro tempore usus est, quod propheticis locutionibus familiare est, dicens: de celo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quietuit, pro eo ut diceret, de celo ueniens auditum facies iudicium, subauditur dicendo, uenite benedicti patris mei, pcpite regnum, & cetera: & tunc terra tremet & quietescet, i. impetrat timebit & sciatis psequi desinent. ¶ Tunc utique contra uniuersos consurget, nunc autem interdu in partes exigit, & stat terribilis, ut sancti & necesse uidetur de aduersariis & homicidis, ut uerbi gloria, tunc exurserat & stabat, nimisq; cominans Iudeis, iucq; facturus excidiu gentis & loci, qd Stephanus protomartyr intendens in celum, dum staret in concilio, uidensque gloriam dei & Iesum statem a dextris dei: Ecce uideo celos aptos & filii hominis stantem a dextris dei. Taliter & in aliis sive contra alios interdu surgente domino post magnos motus, facia est tranquillitas, & pax Ecclesiis redita est. ¶ Et cum venissent trans fretum in regionem Gerasenorum, occurserunt ei duo habentes demonia, de monumentis exeuntes, qui nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam: Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi Ihesu fili dei? Elenisti bui ante tempus torqueremus. Erat autem non longe ab illis greci porcorum multorum pascens. Demones autem responsum auerbae eum dicentes. Si ejus nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis. Ire. Et illi exeuntes, abiuerunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grecus per praecepis in mare, & mortui sunt in aqua. ¶ Quali uel quanta cum potestate gloriosus iste filius hominis haec tenus demonia eieccisset, sicut Euangelista paulo ante dixit, quia ejuscebat spiritus uerbo: ab isto claret maxime experimento, & littera quidem in manifesto est, manifeste signans, quia hic filius hominis deus uerax est, cuius praeuentiam tremunt & se re se non posse fatentur demonum legiones, & solo eius ntu torti atq; exire compulsi tot maligni spiritus, rogant, ut quoniam exire coguntur, saltem in porcos intrare permittantur. ¶ Veruntamen unum est, quod non ociose queritur, uidelicet quomodo placuerit huic tam miti tamq; mansuetu, qui nullum ex semetipso iniuste laedi pateretur, iuxta illud, Non contendet neque clamabit, nec audietur fortis in plateis uox eius; quomodo inquam placuerit et, ut porcos alienos daret uel mitteret spiritibus malignis, quatinus per praecepserint in mare & morerentur in aqua? Hoc quicunque requirit, cire debet, homines regis illius tales fuisse, qui non solum porcorum suorum damnata, uerum etiam penas omni modas deberent sustinere. Nam si rite perpendas, sicut dixit, Vnde tibi Corozaim, unde tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factae fuissent uirtutes, quae factae sunt in uobis, olim in cilicio & cinere penitentiam egissem: statimque subiunxit, Veruntamen dico uobis, Tyro & Sydoni remissius erit in die iudicij quam uobis. Sic & istis, uidelicet Gerasenis, ueraciter dicere potuit. Ita enim non solum non crediderunt, cum tantas uirtutes uicissent, uerum etiam rogarerunt eum, ut discederet a finibus eorum. Discessit autem, & congitatis, sicut & ceteris regionibus transi, secundum similitudinem porcorum ipsorum, qui a demonibus agitati, per praecepis in mare abiuerunt & mortui sunt. Huius expositio mystera iam ab ipso incipienda est exordio presentis lectionis. ¶ Igitur uenient domino in regionem Gerasenorum, occurserunt duo habentes demonia de monumentis exeuntes,

Lucas 21.

Imperare vestis quod est, ut necessario extendant iusti, quasi auxilio destituti, ad iniuriam matutus suas: sed cito fratre getur, & in ignem mittetur ut ardeat. ¶ Tunc surgens imperatur uentis & mari, & faciat eum tranquillitas magna. Dominum Ihesum surgere, uenientem & mari imperare, est potentiam suam exercere sive excitare, scilicet ad actuandum electos, & ad vindicandum in rebus:

Psalm. 75.

Matth. 25.

Iesus exurges in iudicio.

Actuū 7.

Potestas Christi contra demones.

Quæstio

Esa. 42.

Matt. 12.

Responsio.

Matth. 11.

Forte & stolidus.

sciu*nimis*: quia cum uenissent in huius uitæ incolatum, ad debellandum principem huius mundi diabolum, duæ mortes generis humani, duce ipso peccati & mortis principe, aduer*sus* cum cucererunt. Quæ nam duæ illæ mortes sunt? Videlicet una mors corporum, & una mors animarum, contra quas erat illi dimicandum. Vnde & bene illi duo & sœui nimis, & de monumentis exsiste uel in monumentis habitatse dicuntur: quia uidelicet & mors animarum sœua nimis est, & per mortem corporum in monumentorum habitationem deuenimus. Et illa quidem mors, quæ est animarum, occurrentis nihil contra eum præauluit, quemadmodum ipse dicit, Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Porro illa mors, quæ est corporum, ad tempus illi præualere permissa est, ut suscipiens uel admittens nostram simplam, euacuaret duplam. Quid autem uerius eo, quod ait, sœui nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Quis enim ex omni genere humano se uitiam mortis intactus evasit? Omnes in Adam peccauerunt (ait Apostolus) & omnes in Adam moriuntur. Vbi peccauit Adam, protinus & ipse morte animæ mortuus est, & nos in ipso mortui sumus: & ubi dictum est ei, quia puluis es & in puluerem teu*teris*, & ipse morti corporis, & cum illo nos addicti sumus. Vere igitur per viam illam nullus transire poterat, quia qui mortem non uideret, & animam suam erueret de manu inferi, nullus erat. Sed uenit iste, in quo nihil iuris illa mors habuit, & quia per unam uidelicet corporis mortem iniuria facta est illi, iure sub illo mors utræque occubuit, non sine magno tormento principis utriusq; mortis & satellitum eius, quas cum illo foras misit. Si ut enim descensus eius ad inferos populo sanctorum desiderabilis, ita legionibus demorum gravis fuit & intollerabilis. Dicebant ergo. Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus torqueare nos. Tempus illud, quo se torquendos esse notierunt, ultimum erit iudicium, quando princeps eorum cum ipsis, & ipsis cum principe suo, uid entibus cunctis (ut in Job scriptum est) præcipitabūtur in ignem æternum. ¶ Quomodo tandem impletum est in mysterio, quod significabatur in miraculo, scilicet in eo, quod grec pororum totus cum impetu per præcep*s* in mare abiit, & mortui sunt in aqua? Ita nimis, ut fieret quod ipse filius hominis sciens prælocutus est. Cum (inquit) immundus spiritus exierit ab ho*e*, & cætera usq; tunc uadit & affluit septem alios spiritus secū nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Per unum quippe hominem eumodi, Iudeos incredulos atq; blasphemos uult intelligi, qui non tam ludei quam Chananaei, non tam uituli æstimandi sunt quam porci. Ipsi namq; de bono opere Salvatoris peiores effecti, & inde per inuidiam mortui, quod ille unam in se metipso & utramq; in suis fidelibus mortem uicit, malignis sunt spiritibus traditi, & per furorem suum facto impetu, semetipso in mari præcipitauerunt. Nimis seditiones existi<sup>do</sup>nt implacabiles, ut plurimi scriptores & maxime Josephus refert, in Romanum irruerunt imperium, & mitra insanias, mirabili pertinacia victores omnium gentium in suas neces, in excidium loci & gentis excitauerunt. Quid fuit ita furere, nisi porcos à malignis spiritibus agitatos, per præcep*s* & cum impetu abire in mare? Si ergo perpendas siue res scriptas quid olim in Aegypto ante acceptam legem fuerint, & quid nunc post aduentum fecerint redemptoris aut reperient, recte dicas, quia nouissima horum peiora sunt prioribus, & ita tam secundum animam quam secundum corpus in omne miseriarum profundum precipitati sunt, ut porci illi quibus propter furias demonum nec suus, quamvis bratus, subesse poterat sensus. ¶ Et ascendens in nauiculum transfretauit, & vent in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto. Et uidens Ihesus fidem illorum, dixit paralyticu*m*. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Illic blasphemauit. Et cum vidisset Ihesus cogitationes eoru*m*, dixit. Et quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere remittuntur tibi peccata, aut dicere surge et ambula. Et sciaris ait, quoniam filius hominis potestatem habet dimitti peccata, tunc ait paralyticu*m*. Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surrexit, et obiit in domum suam. Evidentes aut turbes timuerunt, et glorificauerunt deum, quid dedit potestatem talēm hominibus. Potestatem filij hominis, quam ad honorem & gloriam ipsius

Ioh. 14

Rom. 5

Gene. 3,

Iob. 14.  
Mysteriū hu*s*  
ius miraculū,  
contra Iudeos  
porcis sive.  
Matt. 12.

Joseph⁹ de be  
llo Iud. & sep  
tem libros.

## CAP. IX.

ipsius considerare & cognoscere intendimus, ex mirabilibus eius factis & dictis ipsius ore proprio hic enunciauit in re huiusmodi, in qua potissimum expediebat nobis potentem esse hunc dominum, scilicet in remissionem peccatorum. Hoc eatenus non dixerat, q[uod] potest haberet dimittendi peccata, sapienti nimirum usus prouidentia discretionis, quantum non hoc ante diceret q[uod] factis comprobaretur; & ipsi spiritus, quos uerbo ejiciebat, tor

Mich. f.

ti confiterentur, ipsum esse, de quo propheta praeidixerat. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principiis Iuda, ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israhel. Quae enim illuc in eodem propheta sequuntur, eorum summa est, saluum facere populum suum a peccatis eorum. Postquam ergo precedentibus factis comprobatum fuit, quod ipse esset & credi deberet esse ille dux Israhel, dux Messias, id est Christus, tunc deum paralyticum curaturus, confide(ait) fili, remittitur tibi peccata tua, ut dum tam presentia miracula, q[uod] antiqua prophetar[um] oracula, sermonem praesentis confirmant, minus offendantur, qui absq[ue] ostensione doceri non possunt, tardi ad credendum, in modo & impatiens ad audiendum. Nam erant in hoc offendendi, & offendebantur offensione uoluntaria, maxime scribae & pharisaei, non ueritatem querentes, sed ueritati inuidentes. Nam protinus ubi dixit, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ecce (inquit Euangelista) quid de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemavit. Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus. Vedit enim cogitationes eorum, & dixit, Ut quid cogitatis mala in cordibus uestris? Fortassis & hoc dixerunt intra se, sed & de isto respondit ei sua ipsorum conscientia, & de illo uirtus operis manifesta, sequente est eti[am] iussionem dicentis, surge & ambula. Et utring conuicit incredulos, quod excusationem non habeant de peccato suo. Quid autem ad illam interrogationem respondendum erat, quid est facilis dicere, dimittuntur tibi peccata, aug dicere, surge & ambula: nisi facilis esse dicere, dimittuntur tibi peccata? Nam apud ipsum quidem filius hominis ita unum sicut alterum facile erat, sed apud homines longe facilis est dicere, dimittuntur tibi peccata, q[uod] ipsam peccatorum dimissionem comprobare testimonio uirtutis qualis protinus est subsecuta. Secundum exemplum hoc fere quotidie fit in civitate domini, scilicet in ecclesia, quae utiq[ue] est civitas domini, ciuitas regis magni, ad quam ipse transfretauit & uenit, post q[uod] (ut dictu[m] est supra) & mortis corpore nostroru[m] seculiu[m] se dauerit, & mortis animarum nostrarum saeculum impium soluit. Nam quotiens facimus illud,

Iacobi. f.

quod Iacobus apostolus dicit. Infirmitur quis in uobis, inducat prebiteros eccl[esi]as & orient super eum, ung[ue]t eum oleo sancto in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum: & si in peccatis sit, remittetur ei. Quotiens (inquam) hoc facimus, paralyticum siue undecimq[ue] infirmum domino offerimus, & sicut uidens fidem illor[um] dixit, remittuntur tibi peccata, ita & nunc oratio fidei saluat infirmum: & si in peccatis est, dimittuntur ei. Preterea iuxta sensum altiorem paralyticus tunc a domino curatur, quando fit, ut is qui nihil operabatur, iam nunc operetur, quemadmodum dicit apostolus. Qui surabatur iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde trahat necessitatem patienti. Nam qui nihil operabatur, & aliena surabatur, nonne uera paralyticus habebat in manibus? Similiter qui ad bonum & utiliorem sermonem mutus erat, nonne ueram in lingua paralyticus habebat? Igitur cum circa huiusmodi sic operatur dominus, siue per semetipsum tantum, siue ministris suis cooperantibus: ut quitaliter paralyticus erat, iam nunc & bene laboret operando manibus suis, et omnis sermo malus ex ore eius non procedat, ut ait continuo idem apostolus) sed si quis bonus est ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus, merito turbæ glorificant dominum, qui dedit potestatem tales hominibus.

FINIS LIBRI SEPTIMI.